repetitium inexemptibiliter et indefesam pro more exemptionis a triennio ad triennium usque ad exemptionem et summae Quinquaginta flor. polonic. indivisam et integram exolutionem obligavit ac inscripsit Quemadmodum quoties durante eiusmodi iure quod fuerit cavet se de bonis ordinariis praedictis suis inscribit praesentibus in locis obligatis aliquid fundi per plenariam ademptum fuerit tunc a rea sua propria et a nihil fiadis libere exemptionem facere et adimplere submittit sub vadio Quinquaginta flor. poll. in defensam Commissorum ad solvendum succumbendo se coram quovis iudicio officio Regni cui se hac in parte recessu supradicto mediante incorporat perempta mensione ac satisfactione omnibus contrariis exceptionibus allegationibus praescriptionibus dilationibus quibusvis appellationibus ac earum prosequutionibus aliisque inveniendis iuris remediis et defensis ac legalibus impedimentis etiam de iure concessionibus se et suos succumbendo sub obiectis.

Perki Emissio

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparentes Nobilis Joannes et Adalbertus Perkowski nomine suo et Nobilis Dorotheae Szypulkowna consortis ac Margarethae filiae suae ab una Et Nobilis Jacobus olim Stanislai Perka nomine suo et consortis suae Margarethae partibus ex alia a quibus abrenuntiando ex utraque parte cavent et ipsi pro eisdem de rato et grato (Ipsorum) sanis mente et corpore existentes palam et libere recognoverunt Quia ipsi se se mutuo et invicem de omnibus litis et actionibus quibusvis ad hunc actum habitis nec non (in) futuris processibus ratione gravaminumque pretensionum necessarium respective obtinendum mutuam concordiam finiunt quietant et liberos faciunt processus viribusque absolutiones et processus omnes in quovis gradu juris de pendendo cassant et annihilant praenominatusque Jacobus Perka Joachim quamprimum dominum redierit submittit se bona (eius) mutuum suum propria ex tradere sub poena dex(?) marc. poll. se coram officio praesenti peremptorie ac satisfactione omnibus juris remediis et defensis se et suos succumbendo

Kobylen[ski] Consensus

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Mathaeus et Joachim Kobylenski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Alberto olim Stanislai Kobylenski filio Joannis filiastro suo consensit bona sua in haereditate Kobylino Zudki consistentia per se recuperandi Nobili Andreae Kobylinski in quibusvis summis pecuniarum existentia eximere et in possessionem eorum vindicare ac eadem potestatem exercerit tam vigore originalium inscriptionum quam et praesentis consensus tenere et possidere usque ad exemptionem et summae eiusdem indivisam exolutionem.

Kostry [illegible]ny Donatio

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Albertus et Joannis Kostro sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili [illegible] fratri et Laurentio Kostro et [illegible]
succumbendo totam et integram [illegible]
in haereditatibus villarum Ko[illegible]
modo et iuris titulo concernit [illegible]